



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Cap. 2. De Necessitate huius Imitationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Sup. Epist.
B. Pauli.
Hebr. 12.

Crucifixo. Primum conformabis te membris Christi secundum sensibus: tertio potentis animae: quarto nobilitatis: quinto morti. Et in his e ipsum imitaberis, cogitando, a quo abstinuit: quid sustinuit: quid promeruit: bene obseruat S. Thomas, v.g. contemplando sacrosanctum caput Christi, considera, quomodo obrinuit coronam a Mundo oblatam: sustinuit coronas ignis & contumelias eidem oblatas & donatas à Patre: promeruit coronam aeternae gloriae sedens ad dexteram eiusdem Patris sui: & sic discurrendo per alia Christi membra, sensus, potentias &c. procura ipsum imitari affectu & desiderio, si non in effectu. Hi veri sunt cuncti affectus nostri erga Passionem Christi, crucifixi videlicet, in Christi quemadmodum idem et Christus reuelauit corde Religioso, ut refert Caesarius, qui simul subiungit, quod clauos esse tres virtutes, videlicet, Humilitatem, Patientiam & Obedientiam. Clauus Humilitatis crucifixi pedes, clauus Patientiae manum sinistram, clauus Obedientiae dexteram, malleus inuenticus hos clauos, est desiderium gloriae, & timor inferni.

Caesarius
lib. 8. c. 18.

CAPUT II.

De Necessitate huius Imitationis.

Primo necessaria est propter modum praedestinationis nostrae. Prædestinauit nos Deus, inquit a pollicente in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum. Nostitum, ut notat S. Thomas, per Christum, id est per vitam Christi, verum etiam in Christum, scilicet, cum ratione Christi. Quemadmodum enim Christus Dominus minus duplici praedestinatus fuit praedestinatione, scilicet ad gloriam, tanquam ad finem: altera ad Crucem, tanquam ad medium, ita nos quoque.

Secundo necessaria est propter creationem nostram. Etenim esse creatum ad imaginem Dei, idem proferunt iuxta S. Thomam quod ad imitationem Dei. Et S. Bernardus ait: Oportet quod ad imaginem est, cum imago non conuenire, & non in uacuum nomen imaginis participat.

S. Thom.

3 p.

Coloss. 1.

Cap. 3.

S. Thom. 3

p. q. 3, art. 8

Cap. 10.

Cap. 9.

Tertio imitatio hæc necessaria est propter conditio-
 nis ipsiusmet Passionis D.N. quæ, secundum S. Tho-
 m. operatur per modum cause vniuersalis, postulantis,
 antecedendi effectus ergo concursus causa: um particu-
 larum, veluti patet in Sole. Vnde virtus Passionis Christi
 est illi medijs sanctissimis Sacramentis ex opere operato,
 et medijs virtutum exercit. is ex opere operantis,
 applicatur.

Eadem hæc necessitate suadent & probant tituli,
 quibus Christus Redemptor noster appellatur, condeco-
 rat. *Caput nostrum, Frater. Ideo.* Ergo si Christus est
 & nos membra, tanquam membra conformare
 debemus Christo Capiti nostro, ipsumque imitari,
 in Cruce, deinde in gloria. Propterea dicitur in S.
 scriptura Joann. : *Solus Christus ascendit in cælum:* Cap. 3.
 et docet S. Augustinus nos non ascendere, nisi facti
 membra. Et si Christus est Frater noster per mo-
 dum naturalis Patris, ac si Filii adoptiuum ipsum imi-
 tauerimus: siquidem iuxta S. Thomæ principium,
 participium est tale per imitationem essentialis, Sic
 participium est tale per ignem. Et si est Ideo nostra creatura
 reformatiua, ipse quoque nobis imitandus est, nam
 eadem S. Doctorem per eandem formam artis, quæ
 reparatur, si collapsum fuerit, restauratur. Denique imi-
 tatur Christus titulo Domini & Magistri, ut nos serui
 discipuli ipsius vestigijs insistantur. Exemplum dedit Ioan. 13.
 ut, *quamadmodum ego feci, et a vos faciatis.*

Hunc in scopum collimabat Saluator docens & ex-
 ercitant frequenter discipulos suos, ut Passionis sue me-
 moriam, a qua huiusmodi dependet imitatio, indelebili
 cordibus suis gererent in sculptra. De Chri-
 sto S. Marcus: *Docebat autem discipulos suos, et dice-* Cap. 10.
bat quoniam Filius hominis tradetur in manus homi-
num, et occidetur, et tertia die resurget, et illi
non audiebant verbum. Et tunc interrogare eum. Et in S.
 scriptura ipsemet Christus Iesus dixit discipulis, *Ponite vos* Cap. 9.
in vestris sermonibus istos; Filius hominis futurum
est tradatur in manus hominum; et illi ignorabant ver-
bum istud. Erat velatum ante eos, ut non sentirent illud,
et non audebant eum interrogare de hoc verbo. Erat ipsis ab-
 sentibus, ait S. Chrysostomus, quia doctrinæ huius, quam tra-



Christus, corticem solum intelligebant, non intuebant, nec capiebant Passionis mysterium, quam unanimitatem suam & emolumentum, quod causat in aeternitate, tempore vero Pentecostes cum adventu Spiritus sancti Apostolis reuelatum fuit hoc mysterium.

In aliis quoque S. Scripturae locis frequenter hoc idem repetebat mysterium, & inculcabat Apostolus.

Cap. 20. uti in S. Mattheo: *Secreto dicebat illis: Filii hominum tradentur Gensibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum & tertia die resurget.* Et in aliis locis scribitur.

S. Chrysof. bus, ut sicut notat & aduertit S. Chrysostomus, *Passio in hunc locum mysterium frequentius repetitur alius in mentibus scipulorum insideret.* Eandem Passionis Christi memoriam commendat plurimum Scriptura veteris testamenti: *Recordare pauperitatis & transgressionis matris, & synthii & sellis.* Respondet anima Christiana: *Memoria tua memoria ero, & tabescet in me anima mea.* Huius enim memoriae subsidio deficit animus, inordinatus, videlicet, eius affectus. Eandem doctrinam tradiderunt omnes sacri Doctores & verbis, & exemplo. Quocirca pium S. Anselmi secutus consilium & monitum, positum formalis, ut haec memoria sit: *continuum uisum cum tuum, quia per hoc, & non nisi per hoc, & tu non nisi in Christo & Christus in te, & in summa uita plenam erit gaudium tuum.*

Thren. 3. 15 *Recordare pauperitatis & transgressionis matris, & synthii & sellis.* Respondet anima Christiana: *Memoria tua memoria ero, & tabescet in me anima mea.*

Thren. 3. 20 *Recordare pauperitatis & transgressionis matris, & synthii & sellis.* Respondet anima Christiana: *Memoria tua memoria ero, & tabescet in me anima mea.*

S. Anselm. *lib. 1. medit. c. 5.* *Recordare pauperitatis & transgressionis matris, & synthii & sellis.* Respondet anima Christiana: *Memoria tua memoria ero, & tabescet in me anima mea.*

Caput III.

De effectu huius imitationis, qua est Beatitudo nostra in terris, securaque aeterna & participatio Beatitudinis futura.

Duo sunt obiecta nostrae Beatitudinis: Christus in throno Crucis, qui est obiectum Beatitudinis nostrae in terra, & Christus in throno gloriae, qui est obiectum Beatitudinis patriae. Beatitudo namque nihil aliud est, quam perfecta quaedam possessio & imitatio nostri summi, & exemplaris, quod in terra aliud non est, nisi Christus crucifixus. *Exemplum dedi uobis, ut, quem admodum*